


Aliquid mali propter uicinum malum.



Raptabat torrens ollas, quarum una metallo,
 Altera erat figuli terrea facta manu.
 Hanc igitur rogat illa uelit sibi proxima ferri,
 Iuncta ut præcipites utraque sistat aquas.
 Cui lutea, haud nobis tua sunt commercia curæ,
 Nemibi proximitas hæc mala multa ferat.
 Nam seu te nobis, seu nos tibi conserat unda,
 Ipsa ego te fragilis sospite sola terar.